

Dominica Sanctissimæ Trinitatis.

Duplex 1. classis.

Oratio ante divinum Officium.

APERI, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis, et aliénis cogitatióibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum Divínæ Maiestátis tuæ. Per Christum, Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiόνis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

Oratio post divinum Officium.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus, et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulgit, et dicitur flexis genibus.

SACROSÁNCTÆ et indivíduæ Trinitáti, crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remíssio ómnium peccatórum, per infinita sácula sæculórum. **R̄.** Amen.

Ps̄. Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

R̄. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dominum.

Et dicitur secreto Pater noster. et Ave María.

Ad I. Vesperas.

DE-us, in adiutó-ri-um me-um inténde. **R̄.** Dómine, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

H101

I f



G LORI-A * ti- bi Trí-ni-tas æquá-lis, u-na Dé-i-tas, et an- te ómni-a sá-cu-la, et nunc, et in perpé-tu-um.

Psalmus 109.



Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a *dextris* me- - is:

Donec ponam inimicos tuos, * scabéllum *pedum tuorum*.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum *genui* te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem *Melchisedech*.

Dóminus a **dextris tuis**, * confrégit in die iræ *suae* reges.

Iudicábit in natió nibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra *multórum*.

De torrén te in **via bibet**: * proptérea *exaltábit* caput.

Glória Patri et Fílio, * et *Spiritui Sancto*.

Sicut erat in princípium, et **nunc** et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*


II D

L



Aus et per-énis gló-ri-a * De-o Pa-tri, cum Fí-li-o, sancto simul Pa-rácli-to, in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

Psalmus 110.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congrega-ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in *sæculum sæculi*.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in *sæculum* testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem **géntium**: * ópera mánuum eius véritas et *iudícium*.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in *sæculum sæculi*: * facta in veritáte et *æquitáte*.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in *sæculum sæculi*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

Psalmus 3.

H101

III a²

G

Ló-ri-a lau-dis * ré-sonet in o-re ómni-um, Patri, ge-ni-táque Pro-li, Spi-rí-tu-i Sancto pá-ri-ter

re-súltet lau-de per- énni.

Psalmus 111.

Be-á-tus vir qui ti- - met **Dómi-num**: * in mandá-tis e-ius vo- - let **ni- - mis**.

Potens in terra erit **semen eius**: * generatio rectórum **benedicétur**.

Glória et divítia in **domo eius**: * et iustítia eius manet in **sæculum sæculi**.

Exórtum est in ténébris **lumen rectis**: * miséricors, et miserátor, et **iustus**.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos **in iudício**: * quia in ætérnum non **commovébitur**.

In memória ætérna erit **iustus**: * ab auditióne mala **non timébit**.

Parátum cor eius speráre in **Dómino** † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in **sæculum sæculi**: * cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória **Patri et Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen. *A.*


V a

E



X quo ómni-a, * per quem ómni- a, in quo ómni-a: ipsi gló-ri-a in sá-cu-la.

Psalmus 112.



Laudá-te pú-e-ri Dóminum: * laudá-te no- - men Dómi-ni.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sáeculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Capitulum.

Rom. 11, 33

O

Alti-túdo di-vi-ti-á-rum sa-pi-énti-æ, et sci-énti-æ De-i, † quam incomprehen-sí-bí-li-a sunt iudí-ci-a e-ius, *

et investi-gá-bi-les vi-æ e-ius! R̄. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Dan. 3, 57

VI

B


ENEDICAMUS Patrem, et Fí-li-um * Cum Sancto Spí-ri- tu. Bene-di-cámus. V̄. Laudémus et super-exaltémus

e-um in sácu- la. * Cum. V̄. Gló-ri-a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto. Bene-di-cámus.

Hymnus

VIII


O



lux be-á-ta Trí-ni-tas, Et princi-pá-lis Uni-tas: Iam sol re-cé-dit ígne-us, Infúnde lumen córdibus.




Te ma-ne laudum cármi-ne, Te depre-cémur véspe-re: Te nostra supplex gló-ri-a Per cuncta laudet sácu-la.



De-o Patri sit gló-ri-a E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Et nunc et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Dan. 3, 56



✠. Bene-díctus es, Dómi-ne, in firmaménto cæ-li.

✠. Et laudá-bi-lis et glo-ri-ósus in sácu-la.

Canticum B. Mariæ V.

H102

I D*

G

Rá-ti-as * ti-bi De-us, grá-ti-as ti-bi ve-ra et u- na Trí-ni-tas: u- na et tri-na Vé- ri-tas,

tri- na et ve- ra Uni-tas.

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima *me-a* Dóminum.

Et exsultá-vit *spí-ri-tus me-us* * in De-o, sa-lu-tá-ri *me- - o*.

Quia respéxit humilitátem *ancillæ suæ*: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi *magna qui potens est*: * et sanctum *nomen eius*.

Et misericórdia eius a progénie *in progénies* * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in *bráchio suo*: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit poténtes *de sede*, * et exaltávit *húmiles*.

Esuriéntes *implévit bonis*: * et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel, *púerum suum*, * recordátus misericórdiæ *suæ*.

Sicut locútus est *ad patres nostros*, * Abraham, et sémini *eius in sæcula*.


Glória *Patri et Filio*, * et *Spiritui Sancto*.

Sicut erat in princípio, *et nunc et semper*, * et in sæcula *sæculórum*. Amen.


A.


Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.


K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. Omnípot-ens sempi-térne De-us, qui de-dísti fámu-lis tu-is in confessi-óne ve-ræ fí-de-i, æ-térnæ

Tri-ni-tá-tis gló-ri-am agnósce-re, et in pot-énti-a ma-iestá-tis ado-rá-re Uni-tá-tem: † quæsumus; ut, e-iúsdem fí-de-i

firmi-tá-te, * ab ómnibus semper muni-ámur advérsis. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: †

qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sá-cu-la sæ-cu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:

℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B

E-ne-di-cámus Dó-

mi-no. ℞. De- o grá-

ti- as.

Ad Matutinum.

D Omi-ne, lá-bi-a me-a apé-ri-es. *R.* Et os me-um annunti-á-bit laudem tu-am.

Invitatorium.

Cantor; Psalmus 94; H101

IV

D E- um ve- rum, unum in Tri-ni-tá-te, et Tri-ni-tá- tem in Uni-tá- te, * Vení-te, a- do-rémus. *A.*

De- um. *V.* Vení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius

in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. *A.* De- um. *V.* Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus

super omnes de-os. Quóni-am non repéllit Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ,

et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi- cit. * Vení-te. *V.* Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud,

et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino,

qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e- ius. *A.* De- um. *V.*

Hódi-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in exa-cerba-ti-óne secúndum di-em

tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. * Vení-te. *V.*

Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt


vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in réqui-em me- am.» *A.* De- um. *V.* Gló-ri-a Patri, et

Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. A-men. *

Vení-te. *A.* De- um ve- rum, unum in Tri-ni-tá-te, et Tri-ni-tá- tem in Uni-tá- te, * Vení-te, a- do-rémus.

IV

S



Ummæ Pa-rens cleménti-æ, * Mundi re-gis qui máchinam, Uní-us et substánti-æ, Trinúsque persónis De-us:



Da déxte-ram surgéntibus, Exsúrgat ut mens sóbri-a, Flagrans et in laudem De-i Gra-tes repéndat dé-bi-tas.



De-o Patri sit gló-ri-a, Na-tóque Patris úni-co, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, In sempi-térna sácu-la. A-men.

In I. Nocturno

Psalmus 1.

Cantor; H102


I D*

A



- Désto, De-us U-nus * omnípo- tens, Pa- ter, et Fí-li-us et Spí- ri-tus Sanctus.

Ps. 8



Dómi-ne Dóminus nos- - ter, * quam admi-rá-bi-le est nomen tu-um in uni-vér-sa ter- - ra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * *super cælos.*

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum *et ultórem.*

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ *tu fundásti.*

Quid est homo, quod **memor** es eius? * aut filius hóminis, quóniam *visitas* eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum *super ópera mánuum tuárum.*

Omnia subiecísti sub pédibus eius, † oves et boves **univér-sas**: * *ínsuper et pécora campi.*

Vólucres cæli, et **piscés maris**, * qui perámbulant *sémitas maris.*

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in *univér-sa terra!*

Glória Patri et Fílio, * *et Spíritui Sancto.*

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum.* Amen. **A.**

II D

T

E unum * in sub- stanti-a, Tri- num in persónis con- fi- témur.

Ps. 18

Cæ-li enarrant gló-ri-am De- - i, * et ópe-ra mánu-um e-ius annúnti-at firmamén- - tum.

Dies diéi erúctat **verbum**, * et nox nocti índicat *sciéntiam*.

Non sunt loquélæ, neque **sermónes**, * quorum non audiántur voces *eórum*.

In omnem terram exívit sonus *eórum*: * et in fines orbis terræ verba *eórum*.

In sole pósuit tabernáculum **suum**: * et ipse tamquam sponsus procedens de thálam*o suo*:

Exsultávit ut gigas ad curréndam **viam**, * a summo cælo egréssio eius:

Et occúrsus eius usque ad summum eius: * nec est qui se abscondat a calóre eius.

Lex Dómini immaculáta, convértens **ánimas**: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *præstans párvulis*.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes **corda**: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans *óculos*.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sáculum **sæculi**: * iudícia Dómini vera, iustificáta in *semetípsa*.

Desiderabília super aurum et lápidem pretiósium **multum**: * et dulcióra super mel *et favum*.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribúti*o multa*.

Delícta quis intélligit? † ab occúltis meis **munda me**: * et ab aliénis parce *servo tuo*.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * et emundábor a delícto **máximo**.

Et erunt ut compláceant elóquia oris **mei**: * et meditáti*o cordis mei in conspéctu tuo semper*.

Dómine adiútor **meus**: * et redémptor **meus**.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.



The image shows a musical score for the beginning of the Credo. It features a large red initial 'T' on the left. The notation is on a single staff with a treble clef and a common time signature. Above the staff, there are red handwritten annotations, including rhythmic markings like 'x' and 'p', and some symbols like 'p' and 'c'. The lyrics are written below the staff: 'E unum * in sub- stánti-a, Tri- num in persónis con- fi-témur.' The asterisk in the lyrics corresponds to the asterisk in the text above.


III b

T



E semper * i- dem es-se, ví-ve-re, et in-tellí-ge-re pro-fi- témur.

Ps. 23



Dómi-ni est terra, et pleni-tú- - do e- - ius, * orbis terrá-rum, et uni-vér-si, qui há-bi-tant in e- - o.

Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in **montem Dómini**, * aut quis stabit in loco **sancto** eius?

Innocens mánibus, et **mundo corde**, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec iurávit in dolo **próximo suo**.

Hic accípiet benedictiónem a **Dómino**, * et misericórdiam a Deo salutári **suo**.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem **Dei Iacob**.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex **glóriæ**.

Quis est iste Rex **glóriæ**? * Dóminus fortis, et potens, Dóminus **potens** in **prælio**.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex **glóriæ**.

Quis est iste Rex **glóriæ**? * Dóminus virtútum ipse est Rex **glóriæ**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

Versus.

Cf. Dan. 3, 57




℣. Bene-di-cámus Patrem, et Fí-li-um cum Sancto Spí-ri-tu. ℞. Laudémus et super-exaltémus e-um in sácu-la.




Pa-ter noster. *secreto usque ad ℣.* Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.



EX-áudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu



Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. **℞.** Amen.

Lectio I.

Is. 6, 1-4

De Isaía Prophéta.


In anno, quo mórtuus est rex Ozías, vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsu[m] et elevátu[m]: et ea, quæ sub ipso erant, replébant templu[m]. Séraphim stabant super illud: sex alæ uni, et sex alæ álteri, duábus velábant fáciem eius, et duábus velábant pedes eius, et duábus volábant. Et clamábant alter ad álteru[m], et dicébant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dóminus exercítuum, plena est omnis terra glória eius. Et commóta sunt superliminária cárdu[m] a voce clamántis, et domus repléta est fumo.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 1.


R. Is. 6, 1 *Ps.* Is. 6, 2; H416

I
V



I-di Dóminum se-dén- tem su-per só-li-um excél- sum et e- le-vá- tum, et plena e-rat omnis ter-ra
ma-iestá-te e- ius: * Et e- a quæ sub ipso e- rant re-plé- bant tem-plum. *Ps.* Sé-raphim stabant super
il- lud, sex a-læ uni et sex a- læ ál- te- ri. * Et.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us * nos bene-dí-ce-re et adiuvá-re digné-tur. R̄. Amen.

Lectio II.

Is. 6, 5-8


Et dixi: Væ mihi, quia tãcui, quia vir pollútus lábiis ego sum, et in médio pópuli pollúta lábia habéntis ego hábito, et Regem Dóminum exercítuum vidi óculis meis. Et volávit ad me unus de Séraphim, et in manu eius cálculus, quem fórcipe túlerat de altári. Et tétigit os meum, et dixit: Ecce tétigit hoc lábia tua, et auferétur iníquitas tua, et peccátum tuum mundábitur. Et audívi vocem Dómini dicéntis: Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.

̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.


Responsorium 2.

R. Ps. 71, 18.19 *V.* ibidem; H102


II
B



Ene-díctus Dóminus De- us Is-ra-el, qui fa- cit mi-ra-bí-li-a so- lus ; *




Et be- ne-díc-tum no- men ma-iestá- tis e- ius in æ- tér- num. *V.* Replé- bi-tur ma-iestá-te



e-ius omnis ter- ra : fi- at, fi- at. * Et.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a * illúmi-net sensus et corda nostra. R̄. Amen.

Lectio III.

Is. 6, 9-12


Et dixit: Vade, et dices pópulo huic: Audíte audiéntes, et nolíte intellégere: et vidéte visiónem, et nolíte cognóscere. Excáeca cor pópuli huius, et aures eius ágrava, et óculos eius claude, ne forte vídeat óculis suis, et áuribus suis áudiat, et corde suo intéllegat, et convertátur, et sanem eum. Et dixi: Usquequo, Dómine? Et dixit: Donec desoléntur civitátes absque habitatóre, et domus sine hómine, et terra relinquetur desérta, et longe fáciat Dóminus hómines, et multiplicábitur quæ derelícta fúerat in médio terræ.

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 3.

R. Ps. 66, 7.8 *V.* Ps. 66, 2; H102

I
B Ene-dí- cat nos De- us, De- us nos- ter, be- ne- dí- cat nos De- us, * Et mé- tu- ant e- um
om- nes fi- nes ter- ræ. *V.* De- us mi- se- re- á- tur nos- tri et be- ne- dí- cat nos De- us. *



Et. *V.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Et.

In II. Nocturno

Psalmus 4.

Cantor; H102

IV E

T

E invo-cámus, * te a-do-rémus, te laudámus, o be-á-ta Trí-ni-tas.

Ps. 46

Omnes Gentes, pláudi-te mánibus: * iubi-lá-te De-o in vo-ce exsul-ta-ti-ó- - nis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis; * Rex magnus super omnem terram.

Subiécit pópulos nobis, * et Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: * spéciem Iacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in iúbilo, * et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite, * psállite Regi nostro, psállite.


Quóniam Rex omnis terræ Deus, * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super Gentes, * Deus sedet super sedem sanctam suam.


Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

V a  Pes nostra, * sa- lus nostra ho- nor noster, o be- á-ta Trí- ni-tas.

Ps. 47



Magnus Dóminus, et laudá-bi-lis ni- - mis * in ci-vi-tá-te De-i nostri, in monte sanc- - to e- - ius.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, civitas Regis magni.

Deus in dómibus eius cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, † in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépinus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, † sic et laus tua in fines terræ: * iustítia plena est délixtera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent filiæ Iudæ, * propter iudícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímini eam: * narráte in túrribus eius.

Pónite corda vestra in virtúte eius: * et distribúite domos eius, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sáculum sáculi: * ipse reget nos in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

VI F



L I- be-ra nos, * sal- va nos, vi-ví- fi- ca nos, o be- á-ta Trí- ni-tas.

Ps. 71



De-us, iudí-ci-um tu-um re-gi da, * et iustí-ti-am tu-am fi-li-o re- - gis.

Iudicáre pópulum tuum in *iustítia*, * et páuperes tuos *in iudicio*.

Suscípiant montes *pacem* pópulo, * et colles *iustítiam*.

Iudicábit páuperes pópuli, et salvos fáciat filios **páuperum**, * et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante **lunam** * in generatióne et generatióne.

Descéndet sicut plúvia *in vellus*, * et sicut stillicidia stillántia *super terram*.

Oriétur in diébus eius *iustítia*, et abundántia **pacis**, * donec auferátur **luna**.

Et dominábitur a mari usque *ad mare* * et a flúmine usque ad términos orbis *terrárum*.

Coram illo prócident *Æthíopes*, * et inimíci eius *terram lingent*.

Reges Tharsis, et ínsulæ múnera **ófferent**, * reges Arabum et Saba dona **addúcent**.

Et adorábunt eum omnes reges **terræ**, * omnes Gentes *sérvient ei*.

Quia liberábit páuperem a *poténte*, * et páuperem, cui non *erat adiútor*.

Parcet páuperi *et ínopi*, * et ánimas páuperum *salvas fáciat*.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas *eórum*, * et honorábile nomen eórum *coram illo*.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, † et adorábunt de ipso **semper**, * tota die *benedícent ei*.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, † superextollétur super Líbanum *fructus eius*; * et florébunt de civitáte sicut *fenum terræ*.

Sit nomen eius benedíctum *in sǽcula*, * ante solem pérmanet *nomen eius*.

Et benedicéntur in ipso omnes *tribus terræ*; * omnes Gentes *magnificábunt eum*.

Benedíctus Dóminus, *Deus Israël*, * qui facit *mirabilia solus*.

Et benedíctum nomen maiestátis eius in *ætérum*, * et replébitur maiestáte eius omnis terra: *fiat, fiat*.

Glória Patri *et Fílio*, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, * et in *sǽcula sæculórum*. Amen.


L I- be-ra nos, * sal- va nos, vi-ví- fi- ca nos, o be- á-ta Trí- ni-tas.

Versus.

Dan. 3, 56




℣. Bene-díctus es, Dómi-ne, in firmaménto cæ-li. ℞. Et laudá-bi-lis et glo-ri-ósus in sǽcu-la.




Pa-ter noster. *secreto usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.




I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuuet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǽcu-la



sǽcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. **R̄**. Amen.

Lectio IV.

Inter Opera Augustini, tom. 3

Ex libro sancti Fulgéntii Epíscopi, de fide ad Petrum.

Fides, quam sancti Patriárchæ atque Prophétæ ante incarnationem Fílii Dei divínitus accepérunt, quam étiam sancti Apóstoli ab ipso Dómino in carne pósito audiérunt, et Spíritus Sanctus magistério instrúcti non solum sermóne prædicavérunt, verum étiam ad instructiόνem salubérrimam posterórum scriptis suis índitam reliquérunt; unum Deum prædicat Trinitátem, id est, Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum. Sed Trínitas vera non esset, si una eadémque persóna dicerétur Pater et Fílius et Spíritus Sanctus.

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄**. Deo grátias.

Responsorium 4.

R. Ps. 76, 14-16 *Ps.* ibidem; H102

III


Q

Uis De-us ma-gnus sic-ut De- us nos- ter? * Tu es De- us qui fa- cis mi-ra-

bí- li- a. *Ps.* No- tam fe-cís-ti in pópu-lis virtú-tem tu- am, red-e-mís-ti in bráchi-o tu- o

pó- pu-lum tu- um. * Tu.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ * det nobis gáudi-a vi-tæ. **℞.** Amen.

Lectio V.

Si enim, sicut est Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una substántia, sic esset una persóna; nihil omníno esset in quo veráciter Trínitas dicerétur. Rursus quidem Trínitas esset vera, sed unus Deus Trínitas ipsa non esset, si quemádmódum Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus personárum sunt ab ínvicem proprietáte distínti, sic fuissent naturárum quoque diversitaté discrėti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitáte, non solum quod unus Deus est, sed étiam quod Trínitas est, naturáliter verum est; proptérea ipse verus Deus in persónis Trínitas est, et in una natúra unus est.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 5.


R. Cantor *ψ.* Dan. 3, 52; Sar.291

VII


T



I-bi laus, * ti-bi gló- ri- a, ti-bi gra-ti-á- rum á- cti- o † In sácu- la sem- pi- tér- na,



o be- á- ta Trí- ni- tas. *ψ.* Et be- ne- díctum no- men gló- ri- æ tu- æ sanctum: et laudá- bi- le et



su- per- ex- al- tá- tum. † In.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. R̄. Amen.

Lectio VI.

Per hanc unitátem naturálem totus Pater in Fílio et Spíritu Sancto est, totus Fílius in Patre et Spíritu Sancto est, totus quoque Spíritus Sanctus in Patre et Fílio. Nullus horum extra quémlibet ipsórum est: quia nemo álium aut præcédit æternitáte, aut excédit magnitúdine, aut súperat potestáte: quia nec Fílio nec Spíritu Sancto, quantum ad naturæ divínæ unitátem pértinet, aut antérior aut maior Pater est; nec Fílii ætéritas atque imménsitas, velut antérior aut maior, Spíritus Sancti immensitátem æternitatémque aut præcédere aut excédere naturáliter potest.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 6.

R. Ps. 146, 5 *Ps.* ibidem; H103

IV

M

Handwritten musical notation in red ink above the first staff.

A- gnus Dó- mi- nus et magna virtus e- ius * Et sa- pi- énti- æ e- ius

Handwritten musical notation in red ink above the second staff.

non est nú- me- rus. *Ps.* Magnus Dóminus et laudá- bi- lis ni- mis, et magni- túdi- nis e- ius

Handwritten musical notation in red ink above the third staff.

non est fi- nis. * Et. *Ps.* Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. * Et.


In III. Nocturno

Psalmus 7.

2 Cor. 13, 13; H102


VII a

C



A-ri-tas * Pa-ter est, grá-ti-a Christus, communi-cá-ti-o Spí-ri-tus Sanctus, o be-á-ta Trí-ni-tas.

Ps. 95



Cantá-te Dómino cánti-cum no-vum, * cantá-te Dómino om-nis ter-ra.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini eius; * annuntiáte de die in diem salutáre eius.

Annuntiáte inter Gentes glóriam eius, * in ómnibus pópulis mirabília eius.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia; * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu eius, * sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatióne eius.

Afférte Dómino pátriæ Géntium, † afférte Dómino glóriam, et honórem; * afférte Dómino glóriam nómini eius.

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius; * adoráte Dóminum in átrio sancto eius.

Commovéatur a fácie eius univér^sa terra, * dícite in Géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur, * iudicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli, et exsúltet terra, † commoveá^tur mare, et plenitúdo eius: * gaudébunt campi, et ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exaltábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit iudicáre terram.

Iudicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*


VIII G

V



E-rax est Pa-ter, * vé-ri-tas Fí-li-us, vé-ri-tas Spí-ri-tus Sanctus, o be- á-ta Trí-ni-tas.

Ps. 96



Dóminus regná-vit, exsúttet ter- - ra, * læ-téntur însu-læ mul- - tæ.

Nubes, et calígo in circúitu eius, * iustítia, et iudícium corréctio *sedis* eius.

Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimícos eius.

Illuxérunt fúlgura eius orbi terræ, * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, * a fácie Dómini *omnis* terra.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, * et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília; * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli eius, * audivit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt filiæ Iudæ * propter iudícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram * nimis exaltátus es super *omnes* deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum, † custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum; * de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est iusto, * et rectis corde lætítia.

Lætámini iusti in Dómino, * et confitémini memóriæ sanctificatiónis eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.


III b

P



A-ter * et Fí-li-us, et Spí-ri-tus Sanctus u-na substánti-a est, o be-á-ta Trí-ni-tas.

Ps. 97



Cantá-te Dómino cánti-cum no- - vum, * qui-a mi-ra-bí-li-a fe- - cit.

Salvábit sibi **déxtera** eius, * et bráchium **sanctum** eius.

Notum fecit Dóminus salutáre **suum**; * in conspéctu Géntium revelávit iustítiam **suam**.

Recordátus est misericórdiæ **suæ**, * et veritátis suæ **dómui Israel**.

Vidérunt omnes **términi terræ**, * salutáre **Dei nostri**.

Iubiláte Deo **omnis terra**, * cantáte, et exsultáte, et **psállite**.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et **voce psalmi**, * in tubis ductílibus, et voce **tubæ córneæ**.

Iubiláte in conspéctu Regis Dómini, moveátur mare, et plenitúdo **eius**, * orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu **Dómini**; * quóniam venit iudicáre **terram**.


Iudicábit orbem terrárum **in iustítia**, * et pópulos in **æquitáte**.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.


Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen. *A.*

Versus.

Ps. 32, 6



℣. Verbo Dómi-ni cœ-li firmá-ti sunt. ℞. Et Spí-ri-tu o-ris e-ius omnis virtus e-ó-rum.



Pa-ter noster. *secreto usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Absolutio.

A



víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omní-po-tens et mi-sé-ri-cors Dóminus. ℞. Amen.

Benedictio.



Lectio VII.

Mt. 28, 18-20

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Et réliqua.

In Tractatu de fide, post init

Homília sancti Gregórii Nazianzéni.

Quis catholicórum ignórat Patrem vere esse Patrem, Fílium vere esse Fílium, et Spíritum Sanctum vere esse Spíritum Sanctum? sicut ipse Dóminus ad Apóstolos suos dicit: Eúntes baptizáte omnes gentes in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Hæc est perfécta Trínitas in unitáte consistens, quam scílicet uníus substántiæ profitémur. Non enim nos secúndum córporum conditiónem, divisiónem in Deo fácimus; sed secúndum divínæ natúræ poténtiam, quæ in matéria non est, et nóminum persónas vere constáre crédimus, et unitátem divinitátis esse testámur.

̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 7.

R. Cantor super Daniele *Ψ.* Dan. 3, 56; H104

VIII


B

Ene- di- cámus Pa- tri et Fí- li- o cum Sanc- to Spí- ri- tu, laudé- mus et su- per- ex- al- té- mus

e- um * In sá- cu- la. *Ψ.* Be- ne- díctus es, Dómi- ne, in firmaméto cæ- li,

et laudá- bi- lis et glo- ri- ó- sus. * In.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Di-vinum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. **R̄.** Amen.

Lectio VIII.

Nec extensiónem partis alicúius ex parte, ut quidam putavérunt, Dei Fílium dícimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis, accípimus: sed tria nómina et tres persónas uníus esse esséntiæ, uníus maiestátis atque poténtiæ crédimus. Et ideo unum Deum confitémur: quia únititas maiestátis, plúrium vocábulo deos próhibet appellári. Dénique Patrem et Fílium cathólice nominámus; duos autem Deos dícere, nec póssumus, nec debémus. Non quod Fílius Dei Deus non sit, immo verus Deus de Deo vero; sed quia non aliúnde, quam de ipso uno Patre, Dei Fílium nóvimus, perinde unum Deum dícimus. Hoc enim Prophétæ, hoc Apóstoli tradidérunt: hoc ipse Dóminus dócuit, cum dicit: Ego et Pater unum sumus. Unum ad unitátem divinitátis, ut dixi, refert; Sumus autem, persónis assignat.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 8.

R. Is. 6, 3 *Ψ.* Io. 5, 7; *Bud.*¹¹⁸ 111v.

I

D U-Ō Sé- raphim cla- má- bant al- ter ad ál- te- rum : * San- ctus, San- ctus, San- ctus Dóminus De- us

Sába- oth: † Plena est o- mnis ter- ra gló- ri- a e- ius. *Ψ.* Tres sunt qui testimóni- um dant in cæ- lo,

Pa- ter, Verbum, et Spí- ri- tus Sanctus, et hi tres u- num sunt. * San- ctus. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o,

et Spi- rí- tu- i San- cto. † Plena.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Per e-vangé-li-ca dicta * de-le-ántur nostra de-lícta. *R.* Amen.

Lectio IX.

Commemoratio Dominicæ

Lc. 6, 36-42

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Et reliqua.

Serm. 15. in Evang. Matthæi de Verbis Domini, post initium

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Duo sunt opera misericordiæ, quæ nos liberant, quæ breviter ipse Dominus posuit in Evangelio: Dimittite, et dimittetur vobis: date, et dabitur vobis. Dimittite, et dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet: Date, et dabitur vobis, ad præstandum beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo, et tu vis tibi ignosci quod peccas, et habes alium, cui tu possis ignoscere. Rursus, quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicus, et tu es Dei mendicus. Omnes enim quando oramus, mendici Dei sumus: ante ianuam magni Patrisfamilias stamus, immo et prosternimur, supplices ingemiscimus, aliquid volentes accipere; et ipsum aliquid ipse Deus est. Quid a te petit mendicus? Panem. Et tu quid petis a Deo, nisi Christum, qui dicit: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi? Ignosci vobis vultis? ignoscite: Remittite, et remittetur vobis. Accipere vultis? date, et dabitur vobis.

Ps. Tu autem, Domine, miserere nobis. *R.* Deo gratias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.


Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad dèxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex cré-de-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es, be-ne-dí-cimus te.
Et laudá-mus nomen tu-um in sǎ-cu-lum, et in sǎ-cu-lum sǎ-cu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-num.


Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.




℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Oratio.


O




-ré-mus. Omní-pot-ens sem-pi-tér-ne De-us, qui de-dísti fá-mu-lis tu-is in confes-si-ó-ne ve-ræ fí-de-i, æ-tér-næ



Tri-ni-tá-tis gló-ri-am agnósce-re, et in pot-énti-a ma-iestá-tis ado-rá-re Uni-tá-tem: † quæ-sumus; ut, e-iú-sdem fí-de-i




fír-mi-tá-te, * ab ó-m-ni-bus sem-per muni-ámur advérsis. Per Dó-minum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: †



qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ó-m-ni-a sá-cu-la sá-cu-ló-rum. ℞. Amen.

℣. Dó-mine, exáudi orati-ónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

V
B




ene-di-cá-mus Dó-mi-no. ℞. De-o grá-ti-as.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℞. Amen.

Ad Laudes.

DE-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,




et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

H101

I f
GLORI-A * ti- bi Trí-ni-tas æquá-lis, u-na Dé-i-tas, et an- te ómni-a sǎ-cu-la, et nunc, et in perpé-tu-um.



Psalmus 92.

Dóminus regná-vit, de-có-rem indú-tus est: * indú-tus est Dóminus forti-túdi-nem, et *præ-cínxit* se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non *commovébitur*.

Paráta sedes tua ex tunc: * a sǎculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina *vocem suam*.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vóci-bus aquárum *multárum*.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in *altis* Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem *diérum*.

Glória Patri et Fílio, * et *Spiritui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen. *A.*


II D

L



Aus et per-énis gló-ri-a * De-o Pa-tri, cum Fí-li-o, sancto simul Pa-rácli-to, in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

Psalmus 99.



Iubi-lá-te De-o omnis ter- - ra: * serví-te Dómino in læ-tí-ti-a.

Introíte in conspéctu eius, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et *non ipsi* nos.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: † introíte portas eius in confessióne, * átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia eius, * et usque in generatióne et generatióne veritas eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et *semper*, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

III a²

G Ló-ri-a lau-dis * ré-sonet in o-re ómni-um, Patri, ge-ni-táque Pro-li, Spi-rí-tu-i Sancto pá-ri-ter

re-súltet lau-de per- énni.

Psalmus 62.

De-us De- - us me- - us * ad te de lu- - ce ví-gi-lo.

Sitívit in te **ánima mea**, * quam multipliciter tibi **caro mea**.

In terra desérta et ínvia et inaquósa: † sic in sancto appáruí **tibi**, * ut vidérem virtútem tuam et **glóriam tuam**.

Quóniam mélior est misericórdia tua **super vitas**: * **lábía mea** laudábunt te.

Sic benedícam te in **vita mea**: * et in nómine tuo levábo **manus meas**.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur **ánima mea**: * et lábiis exsultatiónis laudábit os **meum**.

Si memor fui tui super stratum **meum**, † in matutínis meditábor **in te**: * quia fuísti adiútor **meus**.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhásit **ánima mea post te**: * me suscepit **déxtera tua**.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt **ánimam meam**, † introíbunt in inferióra **terræ**: * tradéntur in manus gládii, partes **vúlpium erunt**.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui **iurant in eo**: * quia obstrúctum est os loquéntium **iníqua**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

IV E

L




Aus De-o Patri, * pa-ri-lique Pro-li, et ti-bi Sancte stúdi-o per-énni Spí-ri-tus, nostro ré-sonet ab o-re



omne per ævum.

Canticum trium puerorum, Dan. 3, 57-88 et 56



Bene-dí-ci-te ómni-a ópe-ra Dómi-ni Dómino: * laudá-te et super-exaltá-te *e-um in sæ-cu-la.*

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite *cæli* Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super *cælos sunt* Dómino: * benedícite omnes virtútes *Dómini* Dómino.

Benedícite sol et *luna* Dómino: * benedícite *stellæ cæli* Dómino.

Benedícite omnis imber *et ros* Dómino: * benedícite omnes *spíritus Dei* Dómino.

Benedícite ignis et *æstus* Dómino: * benedícite *frigus et æstus* Dómino.

Benedícite rores et *pruína* Dómino: * benedícite *gelu et frigus* Dómino.

Benedícite glácies et *nives* Dómino: * benedícite *noctes et dies* Dómino.

Benedícite lux et *ténebræ* Dómino: * benedícite *fúlgura et nubes* Dómino.

Benedícat *terra* Dóminum: * laudet et superexáltet *eum in sæ-cula.*

Benedícite montes et *colles* Dómino: * benedícite *univérssa germinántia in terra* Dómino.

Benedícite *fontes* Dómino: * benedícite *mária et flúmina* Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in *aquis* **Dómino**: * benedícite omnes *vólucres cæli* **Dómino**.

Benedícite omnes béstix et *pécora* **Dómino**: * benedícite filii *hóminum* **Dómino**.

Benedícat *Israel* **Dóminum**: * laudet et superexáltet *eum in sǽcula*.

Benedícite sacerdótes *Dómini* **Dómino**: * benedícite servi *Dómini* **Dómino**.

Benedícite spíritus et ánimæ *iustórum* **Dómino**: * benedícite sancti et *húmiles corde* **Dómino**.

Benedícite Ananía, Azaría, *Mísael* **Dómino**: * laudáte et superexaltáte *eum in sǽcula*.

Benedicámus Patrem et Fílium cum *Sancto* **Spíritu**: * laudémus et superexaltémus *eum in sǽcula*.

Benedíctus es *Dómine in firmaménto* **cæli**: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus *in sǽcula*.

Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen.

LAus De-o Patri, * pa-ri-líque Pro-li, et ti-bi Sancte stúdi-o per-énni Spí-ri-tus, nostro ré-sonet ab o-re
omne per ævum.

V a
E X quo ómni-a, * per quem ómni- a, in quo ómni-a: ipsi gló-ri-a in sá-cu-la.

Psalmus 148.

Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sáculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstia et univérsa pécora: * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdicés terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a **sancto-** - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in **rege suo**.

Laudent nomen eius in **choro**: * in týmpano et psaltério **psallant ei**.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**: * et exaltábit mansuétos **in salútem**.

Exsultábunt sancti in **glória**: * lætabúntur in **cubílibus suis**.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in **mánibus eórum**:

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: * increpatiónes in **pópulis**.

Ad alligándos reges eórum in **compédibus**: * et nóbiles eórum in **mánicis férreis**.

Ut fáciant in eis iudícium **conscríptum**: * glória hæc est ómnibus **sanctis eius**.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e - - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú- - tis e - - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multítudinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.




EX quo ómni-a, * per quem ómni- a, in quo ómni-a: ipsi gló-ri-a in sǎ-cu-la.


Capitulum.

Rom. 11, 33

O



Alti-túdo di-vi-ti-á-rum sa-pi-énti-æ, et sci-énti-æ De-i, † quam incomprehen-sí-bí-li-a sunt iudí-ci-a e-ius, *




et investi-gá-bi-les vi-æ e-ius! *R.* De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.


Dan. 3, 56

VI

B



Ene-díctus es, Dómi-ne, * In firmaménto cæ-li. Bene-díctus. *Ps.* Et laudá-bi-lis et glo-ri-ósus in sá-cu-la. * In *Ps.*



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Bene-díctus.

Hymnus

VIII

T

U Tri-ni-tá-tis, Uni-tas Orbem po-ténter qui re-gis: Atténde laudum cánti-ca Quæ excubántes psál-limus.

Ortus re-fúlget lú-ci-fer, Sparsámque lu-cem núnti-at, Ca-dit ca-lí-go nócti-um, Lux sancta nos illúmi-net.

De-o Patri sit gló-ri-a, E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Cf. Dan. 3, 57


V. Bene-di-cámus Patrem, et Fí-li-um cum Sancto Spí-ri-tu. **R.** Laudémus et super-exaltémus e-um in sácu-la.

Canticum Zachariæ.

H105

VI C

B




Ene-dí-cta sit * cre-á-trix et gubernátrix ómni-um, sancta et indi-ví-du-a Trí- ni-tas, et nunc, et semper,



et per infi-ní-ta sæcu-ló- rum sǎ-cu-la.

Lc. 1, 68-79



Bene-díctus Dómi-nus *De-us* Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis* su- - æ.

Et eréxit cornu *salútis* nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est *per os sanctórum*, * qui a sǎculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt* nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum *pátribus* **nostris**: * et memorári testaménti *sui* **sancti**.

Iusiurándum, quod iurávit ad *Abraham patrem* **nostrum**, * datúrum *se* **nobis**:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum *liberáti*, * *serviámus* **illi**.

In sanctitáte et iustítia *coram* **ipso**, * ómnibus diébus **nostris**.

Et tu puer, Prophéta *Altissimi* *vocáberis*: * *præibis* enim ante fáciem Dómini paráre *vias* eius:

Ad dandam sciéntiam *salútis* *plebi* eius, * in remissionem peccatórum *eórum*:

Per víscera misericórdiæ *Dei* **nostris**: * in quibus visitávit nos, *óriens ex* **alto**:


Illumináre his qui in ténebris et in *umbra mortis* *sedent*: * ad dirigéndo pedes nostros in *viam* **pacis**.

Glória *Patri et* **Fílio**, * et *Spiritui* **Sancto**.




Sicut erat in princípio, *et nunc et* **semper**, * et in sǎcula *sæculórum*. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **℞.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **℞.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **℞.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **℞.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. Omnípot-ens sempi-térne De-us, qui de-dísti fámu-lis tu-is in confessi-óne ve-ræ fí-de-i, æ-térnæ

Tri-ni-tá-tis gló-ri-am agnósce-re, et in pot-énti-a ma-iestá-tis ado-rá-re Uni-tá-tem: † quæsumus; ut, e-iúsdem fí-de-i

firmi-tá-te, * ab ómnibus semper muni-ámur advérsis. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: †

qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sá-cu-la sá-cu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:




℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B

Ene-di-cámus Dó-mi-no. ℞. De-o grá-ti-as.



Ad II. Vesperas.

DE-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sá-cu-la sæ-cu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

H101

VII a
GLORI-A * ti-bi Trí-ni-tas æquá-lis, u-na Dé-i-tas, et an-te ómni-a sá-cu-la, et nunc, et in perpé-tu-um.
Psalmus 109.

Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a *dextris* me- - is:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum *pedum tuórum*.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum *tuórum*.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum *genui* te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem *Melchisedech*.

Dóminus a *dextris* tuis, * confrégit in die iræ *sue* reges.

Iudicábit in natióribus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra *multórum*.

De torrén-te in via *bibet*: * proptérea exaltábit *caput*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*


II D

L



Aus et per-énis gló-ri-a * De-o Pa-tri, cum Fí-li-o, sancto simul Pa-rácli-to, in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

Psalmus 110.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congrega-ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in *sæculum sæculi*.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in *sæculum* testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem **géntium**: * ópera mánuum eius véritas et *iudícium*.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in *sæculum sæculi*: * facta in veritáte et *æquitáte*.


Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.


Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in *sæculum sæculi*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


III a² 

G Ló-ri-a lau-dis * ré-sonet in o-re ómni-um, Patri, ge-ni-táque Pro-li, Spi-rí-tu-i Sancto pá-ri-ter



re-súltet lau-de per- énni.

Psalmus 111.



Be-á-tus vir qui ti- - met **Dómi-num**: * in mandá-tis e-ius vo- - let **ni- - mis**.

Potens in terra erit **semen eius**: * generatio rectórum **benedicétur**.

Glória et divítia in **domo eius**: * et iustítia eius manet in **sæculum sæculi**.

Exórtum est in ténébris **lumen rectis**: * miséricors, et miserátor, et **iustus**.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos **in iudício**: * quia in ætérnum non **commovébitur**.

In memória ætérna erit **iustus**: * ab auditióne mala **non timébit**.

Parátum cor eius speráre in **Dómino** † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in **sæculum sæculi**: * cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória **Patri et Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen. *A.*


V a

E



X quo ómni-a, * per quem ómni- a, in quo ómni-a: ipsi gló-ri-a in sá-cu-la.

Psalmus 112.



Laudá-te pú-e-ri Dóminum: * laudá-te no- - men Dómi-ni.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sáeculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Capitulum.

Rom. 11, 33

O

Alti-túdo di-vi-ti-á-rum sa-pi-énti-æ, et sci-énti-æ De-i, † quam incomprehen-sí-bí-li-a sunt iudí-ci-a e-ius, *

et investi-gá-bi-les vi-æ e-ius! R̄. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Dan. 3, 57

VI

B


ENEDICAMUS Patrem, et Fí-li-um * Cum Sancto Spí-ri- tu. Bene-di-cámus. V̄. Laudémus et super-exaltémus

e-um in sácu- la. * Cum. V̄. Gló-ri-a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto. Bene-di-cámus.

Hymnus

VIII


O



lux be-á-ta Trí-ni-tas, Et princi-pá-lis Uni-tas: Iam sol re-cé-dit ígne-us, Infúnde lumen córdibus.




Te ma-ne laudum cármi-ne, Te depre-cémur véspe-re: Te nostra supplex gló-ri-a Per cuncta laudet sácu-la.



De-o Patri sit gló-ri-a E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Et nunc et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Dan. 3, 56



℣. Bene-díctus es, Dómi-ne, in firmaménto cæ-li.

℟. Et laudá-bi-lis et glo-ri-ósus in sácu-la.

Canticum B. Mariæ V.

IV E²

T

E De-um * Patrem ingé- ni-tum, te Fí-li-um u-ni-gé- ni-tum, te Spí-ri-tum Sanctum Pa-rá- cli-tum, sanctam et

indi-ví-du-am Tri-ni-tá-tem, to-to córde et o-re confi-témur, lau-dá-mus, atque be-ne-dí-ci-mus: ti-bi gló-ri- a in sæ-cu-la.

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima me-a Dómi-num.

Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá-ri me-o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.




A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K  Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P  Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,
 si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,
 sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D  Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. Omnípot-ens sempi-térne De-us, qui de-dísti fámu-lis tu-is in confessi-óne ve-ræ fi-de-i, æ-térnæ

Tri-ni-tá-tis gló-ri-am agnósce-re, et in pot-énti-a ma-iestá-tis ado-rá-re Uni-tá-tem: † quæsumus; ut, e-iúsdem fi-de-i

firmi-tá-te, * ab ómnibus semper muni-ámur advérsis. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: †

qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sá-cu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B



Ene-di-cá-mus Dó-mi-no. ℞. De-o grá-ti-as.